

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Viridarivm Sanctorvm**

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]  
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

**Rader, Matthäus**

**Avgvstae Vindelicorvm, 1607**

S. Besarion Anachoreta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43013**

3. Ita à Hieronymo Einsero in actis S. Bennonis,  
qui hodie Monachii metropoli Bauariæ ingenti-  
bus fulget miraculis, refertur, sata quæ viuus quó-  
dam Benno transierat, multo ante tempus matur-  
uisse.

17. Junii.  
*Martyrol.*  
*eod. die.*

## S. BESARION ANA- CHORETA.

**H**ic in prima pueritia, abdicatis rebus  
humanis Scetanam eremum ingre-  
sus, ad tantam promouit exercitatione vir-  
tutem abstinentiæ & egestatis, ut ritu ali-  
tum, aut piscium, animantiúmne, sine ev-  
lla rerum præsentium curâ, totum vitæ cur-  
sum transigeret; non tectum quærebat, nō  
vlo desiderio loci certi, non appetitu cibi  
tangebatur, non cellarum usum, non libro-  
rum sarcinas amabat, sed ab omni prorsus  
affectu expeditus, spe rerum futurarum  
pascebatur, & fidei propugnaculo tutus  
perdurabat, & tamquam captiuus, modo  
hic, modo illic, in frigore & nuditate ma-  
nebat. sole adustus sub dio assiduè stabat, in  
prætuptis solitudinum, velut erro quidam  
hærebat. In sabulosâ terrâ, sæpe prorsusq;  
inhabitabili, perinde ac si pelago iactare-  
tur, patientiam exercebat. Totus quadra-  
ginta dies & noctes in rhamno quodâ spi-  
nosoq;

nonis,  
ageni-  
s quo-  
natur.  
JA.  
rebus  
gref-  
e vir-  
u ali-  
nevl-  
e cur-  
at, nō  
cibi  
bro-  
orsus  
arum  
ratus  
modo  
ma-  
at, in  
dam  
usq;  
care-  
dra-  
spi-  
soq;

posoq; rubo immotus perstigit, vt dormiret, cubaretque nunquam. Annis quadraginta numquam in latus cubans somnum cepit, sed vel stans vel sedens dormit. In huiuscemodi palæstra exercitatus ad Dominum victor abiit.

## ANNOTATIO.

**N**on satis expedio, an hic idem sit Besarion cum eo quem describit Palladius. Hic enim tantum generatim eius virtus insinuatur, ibi sigillatim de tunica & libro Euangeli venditis, & pauperibus donatis scribitur. Adde Palladii Besarione a Leontio dici Serapionem, Baronius hunc Besarionem affirmat, de cuius disciplina fit mentio in vitis patrum.

## S. PAPIVS M.

2 S. Iunii.

*Martyrol.**Rom. &c.**Græc.*

**D**IOCLETIANO & MAXIMIANO imperantibus, Papius Christianis maioribus ortus, Christum prædicauit, quamobrem delatus capit, præsidique sistitur, & immolare Diis iubetur. Cum non solum nō cederet, sed vltro etiam præsidi insultaret, vehementer iram eius accendit. Manibus ergo pedibusque distentus, boiis crudis diu atrociter verberatur. Deinde in ahenu ingens oleo aruinaque plenum tribus diebus im-

Q 3

mitti-